

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Calebvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

væ manus? jam videbitis, eventurane promiserim,
nec ne.

SENTENTIA.

Cupiditas rerum carnalium parit fastidium spiritualium. Et Deus carnalia potentibus interdum largitur: sed illa brevis voluptas parit longos dolores. Cum maxime explebuntur carnales voluptibus, aderit pæna.

CALEBVS. Num. 13. 14.

ARGUMENTVM.

Populus deterrentibus exploratoribus, desperat de expugnanda promissa terra. Quare iratus Jova, iurat non perventuros, exceptis duobus, qui considerant, videlicet Josua & Calebo.

*Exploratores, Calebvs, Populus, Josuā,
Moses, Jova.*

Venimus in eam terram, Moses & Aaron, & Israelitæ, ad cujus explorationem missi sumus a vobis: & quidem abundat lacte & melle. Atque ecce vobis fructus illius terræ: Videtis, quanta sit hæc uva, quæ in palo portetur a duobus: Videtis & hæc mala granata & ficus: ^{a)} Sed incolas habet fortes, & urbes maximas, easque munitissimas. Enaci quoque prognatos illic vidiimus: Amalechitæ ad austrum incolunt: Het-

tæi

^{a)} Diffidentes difficultate operis terrentur, non considerantes, quid Deus, qui promisit, sed quid ipsi non possint. At fidentes (ut mox Josua) contra.



48 DIALOG. SACRORVM

tæi & Jebusæi & Amorrhæi in montanis: Chanquam
næi autem accolunt mari & Jordani. C. Ne du quibus
bitemus eo proficisci, & invadere illos fines: nam cumq
sumus futuri victores. E. Minime vero: eſt hoc p
enim populus ille fortior, quam nos; terra in ipsius
fausta, suorum habitatorum consumtrix; in qua præive
non nisi immanni statura homines vidimus. Qui lumna
quod vidimus Enacinos, de genere gigantum lumna
cum quibus comparati videbamur nobis esse loveris i
cūstæ. P. Utinam aut in Ægypto mortui esse trucid
mus, aut in hac solitudine moriamur. Cur enī virtut
adduxit nos Jova in hanc rerram ferro trucidan
dos? mulieribus nostris & parvulis præda futuris pam
Nonne satius nobis est repetere Ægyptum? Cree ganda
mus nobis imperatorem, quo duce revertamus quartu
Iof. Cavete Israelitæ, ne quid faciatis, cuius vo
posthac pœniteat. Terra quam explorantes lu
stravimus, terra est bona in primis. Si nobis fa
verit Jova, intromittet nos in eam, eamque nobis
dabit, terram scatentem lacte & melle. Cæterum
b) ne rebellate contra Jovam, & ne illius terra
incolas timete; quos præsidiis destitutos, adju
vante Jova, conficiemus. Deponite metum. p
c) Lapidentur, lapidentur. Io. Quousque tan
dem irritabit me iste populus? Moses: Quousque
mihi fidem non habebit, tot miraculis per me
editis apud eum? Quin eum peste illata exscindo,
ducturus ex te gentem majorem, potentioremque,

quam

b) Non sperare, quæ promisit Deus, rebellare est.

c) Qui speranda docent, quæ promisit Deus, in eos
bacchatur vulgus.

d) GL

cian

e) Qu

ipſe

f) Fi



Chana quam ista est. *M.* Ergo cum audient (Ægyptū
Ne du quibus de medio vi tua eripueris hunc populum,
: nam cuncte audient incolæ istius terræ, te, Jova, qui in
: eis hoc populo versatus, ab eo conspectus sis præsens
ra in ipsis oculis: te cujus nubes supra eum steterit: qui
n qui præiveris ei interdiu in columna nubis, noctu in co-

Qui lumna ignis,) qui (inquam) audierint, hunc popu-
lum a te funditus esse deletuin, dicent te, quia nequi-
Te lo veris intromittere eos in terram, quam eis juraveris,
i esse trucidasse eos in desertis. Quare utere excellenti ista
enim virtute, Domine, de qua loquens ita dicebas: Jo-
cidan va ad iram tardus, ad clementiam propensus, cul-
turis pam & peccata condonans: In pœna autem irro-
Cree ganda, parentum culpam in natos, ad tertiam &
amur quartam stirpem persequens. Remitte quæso
is vo culpam huic populo, ut tua benignitas postulat,
es lu utque ei ab Ægypto hucusque remisisti. *Io.* Re-
bis fa mitto, ut postulas. Veruntamen ne vivam; nisi
nobis terum eorum, qui viderunt meam gloriaim, &
terræ miracula, quæ feci tum in Ægypto tum in solitu-
adju dine, & me tamen tentaverunt iam vel decies, ne-
que mihi obtemperaverunt; eorum (inquam) qui
me irritaverunt, nemo videbit terram, quam jura-
vi majoribus eorum. *f)* Sed Calebum meum
(quoniam alio animo præditus, quam cæteri, ini-
hi

d) Gloriosum quiddam & toto orbe celebrandum fa-
ciam.

e) Quos Dei miracula non adducunt ad speranda, quæ
ipse promisit, ea non assequentur, quæ promisit.

f) Fidentes Dei promissa consequentur.

D



hi obsequutus est) introducam in terram, quam adibit, eamque possidebit ejus progenies. Cræ revertimini in solitudinem, versus mare rubrum. Etenim quem ad finem tandem audiam istius in me sceleratæ multitudinis Israelitarum g) male dicta? Renuncia hæc eis: Ne vivam (inquit Jovaniſi, quemadmodum locuti etsi audiente me, si faciam vobis. In ipsis desertis cadent cadaver vestra, & omnis vestrum numerus, quotquot recensiti supra vigesimum annum, murmurasti in me. h) Non intrabitis (inquam) in terram, in qua promisi me collocaturum vos. Excipio Caſlebum Jephonis, & Josuam Nunis filium. Parvulos quoque vestros, quos dixisti prædæ futuros introducam in terram, quam vos renuistis, eaque potentur. Atque interea, dum vestra cadaver per deserta labuntur, & consumuntur, i) liberi vestri ibidem pœnas dabunt vestri meretricii, per quadraginta annos, quibus vos supplicio afficimini: pro numero dierum, per quos dies exploravisti terram, totidem annis ductis pro totidem diebus: sentietisque quid sit, in me esse esse contumacem. Ego Jova & dico, & sine dubio efficiam, ut hujus perversæ multitudinis homines, qui contra me coierunt, consumantur, & intereant in hac solitudine.

SEN-

- g) Deum negare promissa præstitum, de Deo male dicere est.
- h) Qui Deo non credunt, ii promissam felicitatem non consequentur, quamvis a Deo jam promoti.
- i) Nati luunt peccata parentum, sed non æternis pœnis, nec nisi ipſi conrei.



SENTENTIA.

Nihil est perniciosius illis, qui docent minora sperare, quam ferunt promissa Dei: quibus tamen maxima pars hominum credit. Deus ignavos & diffidentes aversatur, atque deserit: confidentes vero juvat. Tantum quisque potest, quantum se divina ope posse credit: si modo est ejus fides fundata in Dei promissis.

BALAAMVS. Num. 22.

ARGUMENTVM.

Afina Balaami ab ipso, quia restiterat, verberata loquitur: & Genius, qui ei in via obstabat, Balaamum alloquitur.

Balaamus Afinus, Genius.

Ut te Deus male perdat afina, quæ me invitum de via avehis in agrum. At ego te pro isto maleficio onerabo ictibus improba. Ary, ary: quin ergo redis in viam: Nunc sumus inter duas macerias, non licebit tibi amplius declinare. Heu mihi, attrivit mihi pedem ad maceriam. At dispeream, nisi te male multo plagis. Ary, ary, quid hoc monstri est, succumbit? at jam saxo te attolles: alioqui hic te contundam usque fuste, hem! **A.** Quid in te commisi, ut me jam tertium cæderes? **B.** Rogita improba, que me hic ludificaris indigne? ^{a)} atque utinam mihi esset gladius præ manu: nam te hic iam confoderem. **A.** Nonne ego sum afina tua, cui tu semper ha-

D 2

ctenus

a) Ira furor brevis est.

